

Año 26. • Martes 23 de Diciembre de 1879. N. • 19.



BOLETIN ECLESIASTICO

— DE LOS OBISPADOS DE

SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

SECRETARÍA DE CÁMARA.

CIRCULAR.

Habiéndose observado que los expedientes de reparos de las Casas Rectorales incoados á petición de parte sufren notables retrasos en su ejecucion luego de terminados y aun en la tramitacion misma, por quanto los interesados, una vez puesta la solicitud que los motiva y encabeza, no ayudan por sí ó por otros en su representacion al Tribunal Eclesiástico que en ellos entiende, S. E. I.^a el Obispo, mi Señor, teniendo en consideracion los perjuicios y dificultades que de esto surgen, se ha dignado decretar con esta fecha que en toda solicitud dirigida al efecto de formar dichos expedientes designen los que la suscriben persona que pueda representarlos cerca de mencionado Tribunal, para que este pueda entenderse con ella en

todo lo necesario. Así mismo ha dispuesto que cuantos tales expedientes se formen al dejar un Curato, la solicitud vaya acompañada de certificación del resultado que obtuvo el que debió formarse al tomar la posesión.

Salamanca 20 de Diciembre de 1879.—*Lic. Alejo Quierdo Sanz*, Secretario.

COLLATIONES MORALES

Pro die 19 Januarii.

QUÆSTIO DOCTRINALIS.

Utrum Deus sit subjectum scientiæ theologicæ
Div. Thom. Prim. part., q. 1.^a, a. 7.^o

CASUS MORALIS.

Vincentius, clericus primæ tonsuræ, in catechismo puerorum dominicali, inter alia, docet Deum peccato non audire, et actus qui non informantur charitate, etiam informatos, non elicitos propter Deum, esse malos, aut saltem inutiles tamquam contrarios precepto Apostoli *Omnia in gloriam Dei facite* et proprio trito *Malum ex quocumque defectu*.

Quær. Quid requiritur ut actus sit bonus? ¿quid supernaturalis? ¿quid ut meritorius? ¿Quid, denique, ut ex bono malus fiat? Exponantur errores Vincentii in casu proposito.

DE RE LITURGICA.

Quibus diebus Missa votiva privata permittitur prohibetur.

Pro die 16 Februarii.

QUÆSTIO DOCTRINALIS.

Utrum Deum esse sit per se notum.—*Div. Thom.*
Prim. part. q. 2.^a, a. 1.^o

CASUS MORALIS.

Ladislaus et Gertrudis famuli judicis pedanei sponsalia fecerunt privata: interea ex sorte (vulgo) loteria Gertrudi copiosæ divitiæ devenerunt et cum illis multi juvenes divites postulantes manum suam. Hoc inflata, valedicit Ladislao pauperi et divitem Celedonium eligit. Omnia parata sunt ad nuptias, cum infortunium magnum supervenit. Celedonius Ladislaum crudeliter vexans, oculum illi eruit, propter quod Gertrudis reliquit Celedonium cum quo turpiter egerat, et nupsit cum Ludovico fratre ejus.

Quær. Quid sunt sponsalia, et quid requiritur ad ejus validitatem tam in eclesiastico quam in civili foro.

DE RE LITURGICA.

Quando permittitur cum licentia Episcopi Missa votiva solemniter pro re gravi.



ORATIO

QUAM IN SOLEMNI CURSUS INSTAURATIONE

HABUIT

IN CENTRALI SEMINARIO SALMANTICENSI

Kal. Oct. An. MDCCCLXXIX

GREGORIUS ITURRIA

PRESBYTER

EJUSDEMQUE SEMINARIII PROFESSOR.

*Approbatione et jussu Excellmi. D. D.**Episcopi Salmanticensis.*

Excellentissime Præsul, dignissimi Professores, cœterique adstantes: Opportunum ad hanc orationem reperire argumentum non quidem arduum et difficile videtur. Cum enim in hoc Seminario Centrali omnia ex primis litterarum rudimentis usque ad apicem cursus ecclesiastici in scholis tradantur, quodcumque ex his deligatur, idoneam simul et copiosam præbebit segetem consuetæ huic prolusioni. Inter hæc vero omnia sacram visum fuit mihi oratoriam seligere, de qua cum innumera tractari posent, brevitati consulens, tantummodo dicam de fine sacri oratoris.

Finis, ut ait S. Thomas, etsi sit postremus in executione, est tamen primus in intentione agentis. Sic,



auditores amplissimi, qui longam statuit aggredi navigationem, licet postremo in portum perveniat optatum, illum tamen primo appetit, reliqua vero omnia tanquam adjumenta ad propositam metam disponit. Sic etiam in arte medendi, licet postremo loco medicus integram ægroti valetudinem assequatur, nihilominus primo illam exoptat, cætera autem tanquam subsidia in hunc finem contendit ordinare. Sic denique, ut nobilissimo utar exemplo, in mirabili S. Ignatii Exercitiorum libro, licet novissime et post mortem salutem animæ debeamus adipisci, illam tamen in Principio et Fundamento, seu in janua ædificii Exercitiorum prudentissime voluit exhibere.

Et pari ratione, auditores amplissimi, sacer orator ante omnia finem proprium debet sibi præstituere. Ecquis ergo iste finis? Finis, finis, inquam, unicus sacri oratoris est gloria Dei, salus et spiritualis perfectio animarum. «Annuntiate inter gentes gloriam ejus» ait Psalmista (XCV, 3.) Et in alio loco: «Cæli enarrant gloriam Dei.» (Ps. XVIII, 12.) Apostolos autem vel ministros verbi Dei S. Gregorius, divi Pauli insistens vestigiis, cælos appellavit. Si quis vero interrogaret in quo hæc Dei gloria resideat, libenti illi animo responderem hanc in practica cognitione Dei et unici ejus Filii D. N. J. C. consistere, juxta illud S. Joannis: «Hæc est vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem

misisti Jesum Christum.» (Joan. XVII. 3.) Hæc autem practica cognitio in tribus est reponenda: ut videlicet in nostro intellectu veram Dei ipsiusque perfectionum cognitionem habeamus; ut in nostra voluntate amor et affectus cognitioni intellectus conformes non desint; et postremo ut opera nostra cognitioni intellectus et voluntatis affectibus plane respondeant.

Minister igitur divini verbi ante omnia Dei gloriam præ oculis habere debet, et hanc ipsam gloriam in salute et perfectione animarum impense quærere, semper pro viribus gratiæ imitari contendens supremum concionatorum Exemplar Jesum Christum Dominum nostrum, qui proprio ore dignatus fuit asserere: «Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.» (Joan. X. 10.) *Ego veni ut vitam habeant*: en auditores amplissimi, vita gratiæ, cum qua salus animæ necessario in præsentia providentia connectitur. *Et abundantius habeant*: en abundantia gratiæ, ideoque animarum, quæ in hoc statu felicissimo vitam agunt, majus in dies incrementum et perfectio.

Sed de fine sacri oratoris pertractans, non possum consilium prætermittere S. Doctoris Francisci Salesii, qui aiebat in quacumque concione sacrum oratorem debere sibi præstituere finem aliquem singularem, ut alicujus vitii sibi propositi destructionem, vel cujusdam virtutis aut boni operis in terra animæ plantatio-

nem. «Ecce constitui te hodie super Gentes, et super regna, ait Dominus Jeremiæ, ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et ædifices, et plantes.» (Jerem. I. 10.) Et sicut fit in ædificio materiali nequiter et vitiose ex fundamentis constructo, quod prius debet funditus everti, ut novum aliud solidumque stabiliatur; sic in spirituali animarum ædificio non recte ex fundamentis confecto, prius debet totum destrui, ut deinde novum exædificetur. *Ut evellas, et destruas, ac postea ædifices, et plantes.* Sicut in semente facienda et agro serendo, priusquam bonum in terram semen spargatur, necessarium est ut ager totus mundetur herbæque noxiæ eradicentur; sic in virtutum plantatione, anima prius debet tota detergi, pravique mores evellendi. Quæ vero sordes animæ, de quibus hæc omnino mundari oportet, nisi vitia et peccata? Et enim auditores amplissimi, en necessitas loquendi sæpe sæpius de peccato, quia illud ante omnia ex corde hominum funditus extirpandum. In cœlesti patria, cum animæ sint perfecta charitate Deo conjunctæ in ejusque gratia judicio infallibili confirmatæ, nulla adhortandi necessitas ut peccatum totis viribus devitetur: sed cum in hac lacrymarum valle exules filii Hevæ tot undique periculis involvamur, «Periculis, ut ait Apostolus, in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari;» (2. Cor. XI. 26.) non possumus non illorum horrorem in-

cutere, ut in mortalis peccati barathrum homines non delabantur.

Si vero de peccato sæpissime loquendum, quia primus gressus in salute animarum quærenda, consequens omnino apparet necessitas crebro frequenterque agendi de re in finem hunc aptissima et a sancto-Spiritu [magnopere commendata. Quænam vero illa? «In omnibus operibus tuis, ait Ecclesiasticus, memorare novissima tua, et in æternum non peccabis.» (Eccli. VII. 40.) En optimus vitandi peccati modus, novissimorum recordatio. Quando vero habenda iterumque repetenda hujusmodi recordatio? *In omnibus operibus tuis*, ait veritas infallibilis. Ecce igitur norma verumque sacri oratoris criterium, voluntas scilicet Dei in Scripturis palam manifesta, non vero inanis auditorum oblectatio. Et si juxta sacram Scripturam in omnibus operibus memorari debemus nostra novissima, ergo sine dubio in opere prædicationis. Quod quidem duobus modis peragere valebit sacer orator: primo, expresse ac frequenter conciones habens de novissimis; secundo, has æternas in cœteris concionibus permiscens veritates. Si vero auditores his videantur defatigari repetitionibus, multo magis meritoque lassantur concionatores crebra auditorum et nefanda culparum iteratione. Si desinunt peccare, si totum tam lugendæ miseræ removeatur periculum, etiam nos tales non

dubitabimus omittere repetitiones; sed dum eodem prorsus ac integræ perseverent ægritudines, easdem et nos adhibebimus medicinas a sancto-Spiritu infallibili iudicio comprobatas.

Hactenus vidimus, auditores amplissimi, finem unicum sacri oratoris in gloria Dei animarumque bono reponendum, et cum nihil aliud initio proposuerimus, hic finem imponere nostræ possemus orationi. Supervacaneum tamen non erit duo magni momenti explanare consecutaria, quæ ex doctrina declarata ultro ac sua sponte derivantur. Primum, si finis unicus sacri oratoris est gloria Dei, ergo nulla ratione propria gloria expetenda. Secundum, si hanc Dei gloriam reponere tantum debet in hominum salute et perfectione, igitur nullo pacto sacer orator inane auditorum oblectationem studebit comparare.

Et re quidem vera, auditores amplissimi, si ipse Dominus Jesus asseruit in Evangelio, (Joan. VIII 50) *Non quæro gloriam meam*; quis erit tam propriæ amator excellentiæ, qui sui nominis splendorem audeat ullo modo prætere? Gloriam hanc supervacue contemnebat prorsus Apostolus, egregius Jesu Christi discipulus, ut ait ad Thessalonicenses: (1. Thes. II. 6.) «Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis.» Ideo, ut dicit S. Joannes Chrysostomus. «Nemo potest finem prædicationis

assequi, nisi popularem auram aspernetur.» (Lib. V. de Sacerdot.) Et infra idem Crysostomus: «Nam si plausu atque aura populari vincatur, tum ipsi, tum multitudini quæ audit, damnum detrimentumque affert; nam suavi laudum desiderio captus, ad auditorum gratiam magis quam ad utilitatem dicendi vim exercet.» Similia de verborum ambitu vanaque in concionando ostentatione merito reprehendit S. Hieronimus his verbis. «Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus excitetur.» Et S. Bernardus: «Væ, qui bene de Deo, et sentire, et eloqui acceperunt, si convertant ad inanem gloriam, quod ad lucra Dei acceperunt erogandum.» (S. Bern. serm. XLV. sup. Cantic.)

Quid vero dicam de alio concionatorum scopulo, nimirum de complacendi auditoribus desiderio? Talis intentio Deo est injuriosa, perniciem afferens auditoribus, ipsique concionatori abjecta prorsus et indecora. Deo injuriosa, concionatoribus enim qui hujusmodi in corde fovent cupiditates, jure meritoque potest applicari quod ait Apostolus: *Adulterantes verbum Dei;* (2.^a Cor. II. 17.) quippe qui verbo utuntur divino, non ut hominum corda ad Deum convertantur, sed ut leniter auditum permulceant. Quam longe remotus ab hac vanitate animique elatione erat Apostolus inquam: «Ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed

Deo, qui probat corda nostra.» (1. The. II. 4.) et in alio loco: «Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.» (Galat. 1. 10.) Quod quidem auditoribus placendi periculum studiose diligenterque cavendum his temporibus, in quibus adimpleri videtur ejusdem S. Pauli prophetia:» Erit enim tempus quum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerabunt sibi magistros, prurientes auribus; Et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.» (2. Tim. 4.)

Talis insuper intentio ipsis concionatoribus abjecta est ac indecora, excelsum enim et magnificum Dei gloriæ animarumque salutis finem deserentes, hujusmodi nugis ac ineptiis tanquam ludentes pueri detinentur. Esse debent concionatores fulminum jactus ac tonitrua Omnipotentis, quæ homines peccati somnum capientes subito faciant expergiscere; et qui auditorum cupiunt oblectamentum, in musicos sese præferunt transformare dulcisonos, suaviter ac jucunde audientium aures permulcentes. Esse debent fortes Israel, quorum manibus ponit Dominus verbi divini gladium utraque parte acutum, ut a dextris et a sinistris fortiter percutientes, invicto atque erecto animo prælia Domini prælientur; et qui hominibus placere volunt, gladium in terram dejiciunt, florumque fasciculum in manibus sustinent, ut effeminati auditores

placidissime delectentur. Rem autem hujusmodi quis non videt turpem, abjectam, prorsusque indecoram Jesu Christi concionatoribus?

Talis denique intentio maximam auditoribus perniciem affert, sic enim in vitiis magis magisque soporati in discrimen sese conjiciunt sempiternæ damnationis: Si dicente me ad impium, ait Dominus Ezechieli, «Si dicente me ad impium: Morte morieris, non annuntiaveris ei, neque locutus fueris ut avertatur a via sua impia, et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur.» (Ezech. III. 18.) Et vehementer, vehementer, inquam, timere potest orator ne ipsi applicetur quod in eodem Ezechielis textu statim additur: Ipse impius in iniquitate sua morietur; *sanguinem autem ejus de manu tua requiram.*

Sed ut finem jam huic imponam orationi, nihil melius arbitrator, quam verba ipsa proferre Ludovici Granatensis, quæ quidem breviter simul et ornate explanatam doctrinam confirmabunt. En igitur ipsius verba: «Alia quoque non minor fortasse in hoc opere difficultas est, quæ non minus cælesti ope indiget; nempe intentionis puritas et rectitudo, quam Ecclesiastes in hujus muneris functione retinere debet: hoc est, ut sui, suorumque commodorum atque honoris oblitus, in solam Dominum sui gloriam et animarum salutem tota mente

defixus sit, illam solam intueatur, illam captet, illam cogitet, illam semper ob oculos habeat, nec unquam ab illa ad se mentem convertat. Indignissimum enim est, cum de summi Conditoris gloria et sempiterna animarum sive vita sive morte agitur, ut homo tantarum rerum momenta negligens solam gloriolæ suæ rationem habeat, magisque hanc inanem rumusculi popularis auram periclitari, si minus auditoribus grata sit ejus oratio, quam Dei gloriam et animarum salutem sentiat.»—
DIXI.

A. M. D. G.

LAS HIJAS DE NAZARETE.


El apreciable periódico *El Siglo Futuro* que con tanto celo como acierto defiende la doctrina católica y los derechos sagrados de la Iglesia, mereciendo por ello la gratitud y el afecto de los buenos, publica en su número 1.232, correspondiente al 10 del corriente mes, un interesante artículo con el mismo epígrafe que éste. Da en él á conocer la congregacion recientemente creada con este nombre en Jerez de la Frontera, y que cuenta ya con tres Breves Pontificios en el último de los cuales la Santidad de Leon XIII, despues de apellidar al instituto *piadosa Asociacion de nobles doncellas*, reconoce en el mismo entre otros oficios de

piedad, el propósito laudabilísimo de promover el obsequio debido al Romano Pontífice. Declarado así el fin de la nueva Congregación por la más alta autoridad, es ya obligación para los verdaderos católicos mirarla con simpatía, desear su desarrollo y contribuir á él. En la imposibilidad de repetir las sábias y sentidas consideraciones que escribe el periódico á propósito de la excelencia de tal Asociación y de los magníficos resultados que está llamada á dar, diremos que en ella van íntimamente unidas la devoción á la Santísima Virgen y á nuestra gran Doctora Mística Santa Teresa de Jesús, cuya protección se invoca para lograr el éxito que se intenta, conquistar el amor de todos los corazones en favor del Santo Padre, en torno de cuyo sólio interesa mucho que se agrupen todos los hombres de buena voluntad, y que por serlo quieran la independencia, libertad y triunfo de la Iglesia católica que sería también la salvación de los pueblos. Felicítamos al *Siglo Futuro* por este su notable artículo y á la vez por los sacrificios que diariamente se impone y realiza con plausible generosidad en obsequio de nuestra santa fé, y por volver á la sociedad al terreno de las buenas ideas y por ende á la reforma de las costumbres, tan urgente en el extremo á que nos han conducido los falsos filósofos y los utopistas de todo género.

LIBRO INTERESANTE.

Merece tal calificación el escrito por el R. Padre Jesuita D. Angel M. de Arcos y que titula: *Norma del Católico en la sociedad actual.—Diálogos catequís-ticos para los católicos del siglo XIX acerca de lo que se ha de creer.* La importancia de sus materias, el método con que están dispuestas, la naturalidad y gracia del diálogo llaman poderosamente la atención del lector, quien encuentra en las últimas páginas de la obra los errores notados en el *Syllabus*, los Cánones del Concilio Vaticano contenidos en la Constitución dogmática *De Fide*, las definiciones expresadas en los cuatro capítulos de la Constitución dogmática de *Ecclesia Christi*, y por fin las excomuniones que á la materia del libro tienen aplicación según están consignadas en la Bula *Apostolicæ Sedis*.

Véndese en la librería de Olamendi, Madrid, calle de la Paz, 6.




CALENDARIO PIADOSO PARA 1880,

REVISADO EN LA PARTE LITÚRGICA POR EL

DR. D. MIGUEL MARTINEZ Y SANZ, PBRO.,

Y REDACTADO POR

VARIOS DISTINGUIDOS ESCRITORES CATÓLICOS.



Esta acreditada publicación, que cuenta ya diez y siete años de existencia y ve la luz con licencia de la autoridad eclesiástica, se halla de venta en las principales librerías de Madrid y provincias, al precio de

cuatro reales cada ejemplar, haciéndose grandes rebajas en los pedidos por mayor, que deben dirigirse á D. Antonio Perez Dubrull, editor é impresor, calle de la Flor Baja, núm. 22, Madrid.

LA EPACTA

del Rezo Divino para el año 1880.

Se vende á 3 rs. en la Librería de Bonifacio Lopez, calle de la Rua, núm. 47.

En la misma se hallará surtido de Misales y Rituales nuevos completos con todo lo publicado hasta el día por la Casa del Nuevo Rezado, Manuales de Sacramentos, juntos y separados, Misas sueltas, Prefacios, Cánones, Comunes y Misas de difuntos, Cuadernos de Misas nuevas de todo el año y rezos para Breviarios, todo dispuesto para unirse á los Misales ó breviarios que se deseen encuadernar, de cuyo trabajo se encargará esta casa.

Los Sres. Curas que tengan *Boletines* á encuadernar, pueden mandar recogerles en la misma casa, por hallarse todos concluidos.

NECROLOGÍA.

El día 17 del corriente mes falleció D. Alonso Vicente Bajo, Párroco que fué de Almenara y últimamente Capellan de la Cárcel de esta Ciudad. Pertenece á la Hermandad de Sufragios mútuos del Clero con el número 51. Los señores sócios aplicarán por su alma una Misa y tres responsos.—R. I. P.

Salamanca. — Imp. de Oliva.